EPIPHANUS / CASSIODORUS
um 1170/1180 Seite 82r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=900
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



passiones hominum diluuntur. et alia
pariter animalia diuersis detenta lan
guoribus emundantur. Quod ut ita con
tingat traditur ex quodam itinere
apparuisse xpm. ad fontem cum disci
pulis suis. et lauisse pedes. Ex quo
aqua facta est. diuersorum medicabilis
passionum. ferunt etiam eo quod in
heremopoli thebaide arbor que vo
catur psidis multorum languorem sub
egerit. si fructus aut folium. aut
pars eius corticis collo egrotantium
ligaretur. De hac enim arbore fe
runt. quo dum apud egiptum ioseph
cum xpo et maria uirgine sca fu
gisset herodem uenissetque ad here
mopolim ciuitatem. mox ut ingre
diebatur urbem. non ferens hec ar
bor maximum xi saluatoris aduen
tum. inclinata est usque ad terram. et
eum supplicitur adorauit. Hec ergo de ista
arbore a multis audiens enarraui.
Reor autem signum hoc fuisse factum
cuius diuine presentie. aut certe quam
ritu pagano hec arbor propter mag
nitudinem colebatur atque pulcritudinem.
mota est non ferens xi diuinitatem de
monibus quippe contremiscentibus.
cum uiderent rerum talium destruc
torem. nec non et omnibus simulachris
egiptiorum secundum esaie prophetiam. fu
gatoque demonio. pro testimonio xpi
arborem uacuam remansisse. Igitur
apud egiptios et palestinos gestorum
testimonia reseruantur. Theod. xl iii
Igitur iulianus etiam iudeos contra
xpianos armauit. primumque conuo
cans requisiuit cur eis precipiente
lege sacrificare. nequaquam ymmo

lationibus uterentur. Cumque respondis
sent uno tantummodo loco sibi offerendi sa
crificium fuisse permissum. repente do
odibilis uisit destructum resuscitari
templum. credens infelix dominicum uerbum
se posse destruere. cuius per hoc ueritatem
magis ostendit. Hec itaque uerba iu
dei libenter accipientes. cunctis per
diuersis terrarum orbem mandauere
iudeis. Qui undique concurrentes.
pecunias ad edificium alacriter offe
rebant. ministrauitque plurimum
etiam imperator. non largitatis gratia. sed
ueritati repugnans. misitque pariter
presidem impiorum executorem dignissi
mum preceptorum. Aiunt enim quo ad
repurgium faciendum. argenteas a
mas. et cophinos. et scaphas habuerunt.
Cumque fodere iam cepissent. statuta
quidem die hoc multitudo pluri
ma faciebat. nocte uero spontanea ter
ra de ualle crescebat. Solutis itaque
prioris etiam fundamentis reliquis.
noua omnia preparabant. Cumque gip
si et calcis multa modiorum milia con
gregassent. uis magna uentorum re
pente respirans. tempestates atque
procelle subito facte quicquid congrega
tum fuerat dispersert. adhuc
enim uesanientibus eis. et nequaquam
diuina longanimitate correptis.
maximus primo terremotus est fac
tus. et quisquis non fuerat misterius
diuinis imbutus uehementer attritus
est. Cum uero neque hoc terrerentur
iudicio. ignis ex fundamentis que
fodiebantur egrediens. plurimos
fodientium concremauit. aliorum
menbra dissoluit. Nocte quoque